AD M. HERMANNVM VASTELABVM

Qvicquid agis fidenter agas, & nitere tantum,
Officij parteis vt tueare tui.
Degeneres aliena parant: sapit aptius ille,
Intra fortunam qui cupit esse suam.
Nec tibi successus aberunt, licet acria linguæ
Tela venenatæ sint metuenda bonis.
Omnibus hoc vitium sciolis, aliena cauillo
Carpere, & innocuos exagitare probris.
Crede mihi sua qui curat, bene vivit, & extra
Præscriptum debet tendere nemo suum.

M. Henricus Meibomius Lemgouiensis Acad. Iuliæ
Professor ordinarius.

ALTVS.



Secunda pars



4. Vocum ARNOLDVS GROTHVSIVS.



4 Vocum Ad æquales

